lo corde baptiſmi ſac̄mentū ſuſcipe. ⁊ ꝑ obediē
ciā fidei om̄s ad baptiſmū ꝑuenire debēt. et vt
ſignificet̄ q᷑ baptizatis obedīa cōuenit. Eſt aūt
duplex bethania. Una ē q̄dā villa citra iordanē
ad duo miliaria de ihrl'm. ſcꝫ in latere montis
oliueti. vbi lazarꝰ fuit ſuſcitatꝰ. Alia d̄ q̄ dictū
ē ſita ſup̄ iordanē. ex altera tñ p̄te fluīs. ſcꝫ in
ſorte duaꝝ tribuū ⁊ dimidie. a ihrl'm itinē diei
vniꝰ. vbi erat iohēs baptizās. ſ. in cōfinio gētiū ⁊
iudeoꝝ vt his et illis oñderet̄ baptiſmꝰ cōis. Et
bñ trāſiordanē baptizabat. q: gētes cōius q᷑ iu
dei baptiſmū receperūt. Oratio.

Iohānes bēīſſime p̄curſor xp̄i. p̄co iu-
dicis. amicꝰ ſpōſi. vox v̄bi diuini. q̄ ſola
ciū nr̄e redēptōis anūciare meruiſti i-
petra mihi miſero apud eundeꝫ dñm nr̄m ihm
xp̄m tuis ſc̄tiſſimis precibꝫ. vt purgato a vicijs
pectore. ⁊ ornato v̄tutibꝫ. parē ſm̄ ſalubria tua
monita viā dñi. ⁊ rectas faciā ſemitas eiꝰ: q̄te
nus ī extremo iudiciō cū areā ecc'ie ſue mūda-
uerit. et triticū a paleis ſeꝑauerit: merear īter
grana tritici ⁊ electos ſuos īueniri. ⁊ ī horreuꝫ
celeſtis manſionis cum eis reponi. Amen.

## De penitentia facienda. Capitulū. XX.

Quia v̄o de penitētia per
quā regnū celorū appropinq̄t et via
dñi parat̄. tactuꝫ eſt in p̄cedētibꝫ: nūc
ꝯſeq̄nter de ipſa aliq̄ntulū laciꝰ vi-
deamꝰ. Ad verā itaqꝫ pn̄iaꝫ quā amor dī ⁊ odi
um pc̄ti facit. añ oīa duo req̄rūt̄: ſcꝫ q᷑ pc̄tor d̄
pc̄tis p̄teritis doleat. ⁊ nūq̄ iterata vice peccā
di firmā volūtatē habeat. Sine his duobꝫ pe-
nitētia vera nō ē. q: ſine eis nec deꝰ pc̄ta dimit-
tit. nec ſacerdos abſoluē a pc̄tis pōt. Uñ bern̄.
Uera ſiquidē pn̄ia ē ſine inēmiſſione tp̄is. de p̄-
teritis malis dolē. et ſic plāgere ꝯmiſſa: vt non
ꝯmittat plāgēda. Irriſor naqꝫ ē ⁊ nō verꝰ peni
tēs. q̄ adhuc agit qđ peniteat. Si ḡ vis verꝰ peni-
tens eē. ceſſa a pc̄to ⁊ āpliꝰ noli peccaē: qm̄ in-
anis ē pn̄ia. quā ſeq̄ns coinq̄nat culpa. Unde ⁊
Grego. Pn̄iam q̄ppe agere ē ⁊ ꝑpetta mala plā
gere. ⁊ plāgēda nō ꝑpetrare. Nā q̄ ſic alia deplo
rat. vt tñ alia cōmittat: adhuc pn̄iam agē aut
ignorat aut diſſilat. Uñ etiā Augꝰ. Inanis eſt
pn̄ia. quā ſeq̄ns coinq̄nat culpa. Nihil ꝑſūt la-
mēta. ſi replicāt̄ pc̄ta: nihil valet a malis veni
am poſcē. ⁊ mala denuo iterare. Et iterꝝ. Peni
tētes. penitētes. ſi tñ eſtis penitētes. ⁊ nō irridē
tes: mutate vitā. recōciliami. Pn̄iam agis. ge
nu figis et rides. ſubſannas paciaꝫ dei. Si peni-
tens es. penitet te: ſi nō penitet. penitēs nō es.
Si ḡ penitet. cur facis qđ male feciſti. Si feciſ
ſe peniteat. noli facē. Si adhuc facis: penitēs ñ es
De quibꝫ aūt pn̄ia ſit agēda. notat idē. Augꝰ.
dicēs. Tres ſūt actōes pn̄ie. Una ē q̄ nouū hoī
neꝫ ꝑturit. donec ꝑ baptiſmū ſalutare oīm p̄te
ritoꝝ fiat ablutō pc̄toꝝ. Oīs eīn q̄ iā ſue volū-
tatis arbit̄ ꝯſtitutꝰ ē. cū accedit ad ſac̄mēta fi-
deliū: niſi eū peniteat vite veteris. nouā īchoa
re nō pt̄. Ab hac pn̄ia cū baptizant̄ ſoli ꝑuuli
īmunes ſūt. nondū eī vti poſſūt libero arbitrio.
Quibꝫ tñ ad ꝯſec̄tōeꝫ. remiſſiōeꝫqꝫ origīalis pec
cati. ꝓdeſt eoꝝ fides a q̄bꝫ offerūt̄: vt q̄ſcūqꝫ ma
culas delictoꝝ ꝑ alios ex q̄bꝫ nati ſūt cōtrexerūt
alioꝝ etiā īterogatōe. et rñſione purgent̄. Ce-
teroꝝ hominū nullus trāſit ad xp̄m. vt īcipiat
eſſe qđ ñ erat: niſi peniteat eū fuiſſe quod erat.
Altera v̄o pn̄ia ē. cuiꝰ actō ꝑ totaꝫ iſtā vitaꝫ
ꝑpetua ſupplicatōis hūilitate ſubeūda eſt. Pri
mo q: nemo vitā eternaꝫ deſiderat. niſi eū vite
huiꝰ tp̄alis peniteat. Quis dubitet in quacunqꝫ
tp̄ali felicitate v̄ſemur. penitē tñ nos debē hꝰ vi
te: vt ad illā īcorruptōeꝫ. tota auiditate currāꝰ
Quis ḡ feſtīat atꝫ exoptat ad pr̄iaꝫ ſ̄meaē ni-
ſi quē p̄egrīatōis ſue peniteat. q̄s itaqꝫ ſāe mētis ñ

ingemiſcit. Cui nō per pniam. ſic eſſe diſplice-
at. Deinde mlta ſūt pcta q̄ q̄uis ſingula nō le
tali vulnere ferire ſencian̄t. tn̄ ſimul oīa ꝯgre
gata. q̄ plura ſūt necāt: niſi medicamento q̄tti
diane pnie deſecen̄t. Quiſq̄s itaqꝫ ſe diligenter
attēdit. ſatis intelligit cum quāto ꝑiculo ꝑegri
netur a dn̄o. Tercia actō eſt pnie que ꝓ illis
pctis ſubeūda eſt. q̄ legis decalog⁹ continet. In
hac ḡ pnia maioreꝫ in ſe quiſqꝫ ſeueritatē debꝫ
exercere. vt a ſeipō iudicat⁹. nō iudicet̄ a dn̄o.
Aſcendat itaqꝫ hō aduerſū ſe tribunal mentis
ſue. ꝯſtituat ſe an̄ faciem ſuā. Atqꝫ ita ꝯſtituto
in cordis iuditō. aſſit accuſatrix cogitatō. teſtis
ꝯſcīa. carnifex timor. Inde quidē ſanguis ani-
mi ꝯfitētis per lacrimas ꝑfluat. Poſtremo ab
ipō mēte talis ſnīa ꝑferat̄. vt ſe indignū hō iu-
dicet ꝑticipatōe corꝑis et ſanguis dn̄i. Ut q̄ ſe-
parari a regno celorū timet per vltimaꝫ ſnīam
ſumi iudicis. per eccl'iaſticā diſciplinā a ſacra
mento celeſtis panis ſeparet̄. Iudicet ḡ ſeipm̄
hō in iſtis. Uolūtateꝫ dum pōt. et mores con-
uertat in meli⁹: ne cū iam nō potuerit etiam
ꝑter voluntatē a dn̄o iudicet̄. Sed ſi iam de ſa
nitate deſperans. addis peccata peccatis: ſicut
ſcriptū eſt. peccator dū venerit in ꝑfundū ma-
lorū. ꝯtempnet: noli ꝯtempnere. noli deſperaē
clama de ꝑfundis etiā ad dn̄m. De tali ꝑfundo
niniuite clamauerūt. et ꝓpiciatōem inuenerūt.
Faciliuſqꝫ ē euacuata ꝯminatō ꝓphetie. q̄ hūili
atio pnie. Quicq̄d em̄ feceris. q̄cūqꝫ peccaueis
adhuc in hac vita es: vnde te omnino ſi ſanare
nollet: auferret. Cur ḡ ignoras. q: pacīa dei ad
pniam te adducit Hec Aug⁹. Non ſolū ergo
de magnis ſꝫ ⁊ de ꝑuis pctis vt dictū ē. cotidia
na pnia eſt agenda: et q̄uis ꝑua videāt̄: nō tn̄
ꝓpter hoc ſūt negligēda. Quia (vt ait Grego)
Nullū pcm̄ adeo ꝑuū. qd̄ nō creſcat neglectū
Et itēruꝫ. pcm̄ qd̄ pnia nō diluit. ipō ſuo pon
dere mox ad aliud trahit. Unō dicit Ambro. q̄
minimū pcm̄ ſcien̄t ꝯmiſſū graui⁹ ē toto mō
Un̄ et Aug⁹. Sed iſta leuia q̄ dicim⁹ noli ꝯtem
nere. Si ꝯtemnis qn̄ appēdis expaueſce. quādo
nūeras leuia multa. faciūt vnum grāde. Multe
gutte iplent flumē. Multa ḡna faciūt maſſaꝫ.
Hec Auguſt. Nō itaqꝫ leuia ſūt ꝯtemnēda. nec
ꝓpter ḡuia ē ꝯſperādū. Quia (vt ait Aug⁹) nul
lū pcm̄ criminale ē. dū diſplicet: nullū veiale
dū placet. Agenda ē ḡ pnia ſine dilatōe. ⁊ duꝫ
poſſum⁹: ne ſubito ꝑoccupati q̄ram⁹ ſpaciū pe-
nitētie. et inuenire nō poſſum⁹. Un̄ Aug⁹. Re-
media cōuerſiōis ad deū. nullis ſūt cūctatōnib⁹
differēda: ne tp̄us correctōnis ꝑeat tarditate.
Qui em̄ penitēti indulgenciā ꝓmiſit. diſſiṁanti
diē craſtinū nō ſpopōdit. Et itēꝝ. Si q̄s ḡ po-
ſit⁹ i vltīa nccīte egritudinis ſue voluerit acci-
ꝑe pniam ⁊ accipit. ⁊ mox recōciliat̄ ⁊ hic va-
dit: fateor vob̄ n̄ illi negā⁹ qd̄ petit. ſꝫ n̄ ꝑ̄ſumi⁹
q: hic bn̄ exit. Non ꝑ̄ſumo. nō vos fallo: nō ꝑ̄-
ſumo. fidelis bn̄ viuēs ſecurus hic exit. Bapti-
zatus ad horā ſecurus hinc exit. Agens pniaꝫ
ad vltimum et recōciliat⁹. ſi ſecurus hinc exit.

ego non ſum ſecurus. Unde ſecurus ſum. ſecu
rus ſum et do ſecuritatem: vnde nō ſum ſecur⁹
penitenciā dare poſſum. ſecuritateꝫ dare non
poſſum. Non dico damnabit̄. ſꝫ nec dico libera
bitur. Uis te de dubio liberare? Uis qd̄ incertū
eſt euadere? Age penitenciā dum ſanus es. Si
em̄ agis verā penitenciā dum ſanus es: et iue-
nerit te nouiſſimus dies. currentem vt reconci
lieris: ſi ſic agis. ſecurus es: quia egiſti penitē
ciam eo tempore. quo et peccare potuiſti. Si
autem tunc vis agere penitenciam. quādo iaꝫ
peccare nō potes: pcta te dimiſerūt nō tu illa.
Due res ſūt aut ignoſcit̄ tibi aut nō ignoſcit̄.
Quod horꝝ tibi ſit futurū. ego neſcio. Ergo di-
mitte incertū et tene certū Hec Aug⁹. Ideo
ait Aug⁹. dubitat de his q̄ penitēt in extremis.
q: tales potius viden̄t penitere timore pene. q̄
amore iuſticie: ⁊ ideo eorꝝ pnia videtur eſſe du-
bia. Nō ḡ tardes vel diſſimiles. i ſanitate pniaꝫ
agere. ⁊ cito pcti onus deponere: q: (vt ait Au-
guſtin⁹) Stultū eſt in illo ſtatu viuē. in q̄ quis
nō audet mori: ⁊ audatior ē qui cū vno peccato
mortali dormit. q̄ q̄ cū ſeptē hoſtib⁹. Sepe qui
deꝫ ꝓmittūt ſibi hoīes vitā longā. ex eo qd̄ ſūt
iuuenes vel bone ꝯplexionis aut fortes: neſciē
tes q̄d ſuꝑuentura pariat dies. nec attēdentes
q̄ raro q̄s morit̄ morte naturali. ſꝫ freq̄nter ex
accidētib⁹: puta. febre. apoſtemate ⁊ huiuſmōi
vel q̄n̄qꝫ morte iprouiſa ⁊ caſuali. Et tn̄ credit̄
q̄ q̄libet in ſtatū meliori morit̄. Unde Hugo de
ſcto victore. Sciendū q̄ nec iuſt⁹ nec ipius. nec
puer nec ſenex an̄ ſoluūtur a corꝑe. q̄ ſint in il-
lo pūcto bonitatis vel malitie. vltra quā ſi ſem
per viuerēt nūq̄ trāſierēt Hec Hugo. Sꝫ ꝓpter
vanā longe vite ſpem mlti decipiūtur: et pniaꝫ
quā expectāt nō ꝯſequūt̄. Un̄ Criſo. Nihil tā-
tū decipit hoīes. quātū vana ſpes longioris vi-
te. Et Aug⁹. Exꝑti ſum⁹ mltos expiraſſe. expe-
ctātes recōciliari. Et poſito q̄ hō cert⁹ eſſet de
vita lōga. adhuc tn̄ pnia nō eſſet vſqꝫ ad ſene-
ctutē et ſeniū ꝓlongāda: q: tūc inualidi ſūt ho
mīes ad laborē. et vix in his etatib⁹ reꝑit̄ q̄s.
qui ſe a pctis que conſueuit: euellat ꝑ pniam.
Optimū ḡ cōſiliū. ſūma prudētia. ⁊ maxima ꝓ-
uidētia in hoc cōſiſtit: vt ꝑ veram ꝯtritionem
et purā ac integralem ꝯfeſſionē. et ꝑ ſatiſfactō
nem condignā. hō ſanus et fortis ſe diſponat:
cūctaqꝫ noxia eū a ſalute eterna retrahētia. ac
impediētia ꝓiciat. et ſe iugiter om̄i tp̄e ſic tene-
at: ac ſi hodie vel cras. vel ad longius in hac ſe
ptimana diſceſſur⁹ ſit de hoc mūdo. In extremo
q̄ppe vite ſue poteſt hō penitere: q: vſqꝫ tūc po-
teſt peccare. et ḡ vſqꝫ tūc poteſt de peccatis per
diuinā miſericordiā ꝯſequi veniā: quia miſeri
cordia dei vincit hūanam malitiam. Sed talis
pnia tarda. raro eſt vera et fructuoſa: q: in ea
nō habet̄ diſtinctiua ⁊ ſufficiens de peccato di
ſplicēcia: cōtritō em̄ ſufficiēs requirit̄ q̄ pcm̄
dimittat̄. ſꝫ vehemēs paſſio ⁊ dolor in ꝑte ſēſiti
ua. qualē hn̄t cōiter illi i articulo mortis. impe
dit in penitente vſum ratōis: ne bn̄ deliberet de

peccatis. De pnīa ergo iniūcta. aut volūtarie
aſſūpta gaude. et deo grās age: qui te ad eandē
decreuit miſericordie expectare. Nō ſis ingtus
q: hodiernum diē habes in q̄ corrigaris. Heri
malus fuiſti. hodie bon⁹ eſto. Cōſidera qm̄ mlt
ti modo moriūtur. quib; ſi vna hora ad agēdā
pnīam ꝯcederet. q̄ tibi ꝯceſſa eſt: quō ꝑ altaria
⁊ ꝗfeſtināter currerent. ⁊ ibi flexis genib;. vel
certe toto corꝑe in terrā pſtrato. tamdiu ſuſpi-
rarēt. plorarēt ⁊ orarēt: donec pleniſſimā pc̄co
rum ſuoꝝ veniā a deo ꝯſequi mererent. Tu v̄o
comedēdo bibēdo iocando ridēdo. et ocioſe viuē
do tp̄s ꝑdis: qd̄ tibi deus indulſit ad reqrendā
grām. ⁊ ad ꝓmerendā gl̄am. Cogita etiā quot
aīe in inferno cruciant̄ ſine ſpe venie ⁊ miſcdie
Si amor dei te tenere ⁊ mulcere nō pt̄: ſaltem
teneat ⁊ terreat timor iudicij. met⁹ iehēne. laq̄
mortis. ⁊ oīa mala. Sed heu mlt̄i hodie abutē
tes dei paciētia paꝝ hec attendūt. ⁊ tp̄s q̄ nihil
eſt p̄cioſi⁹ inutilit̄ trāſire ꝑmittētes. miſerabilit̄
amittūt. Vn̄ Bern̄. Hodie filij hoīm aīe curam
negligūt. carnis curā perficiūt in oī deſiderio.
Neq; ei peccare metuūt ſ; puniri. nec v̄tuti cor
dis opa dat̄. ſ; valitudini corꝑis ỹmmo etiam
voluptati. De ſcola ỹpocratis ⁊ epicurij didice
runt hec. tp̄us hoc aīab; nō corporib; eſt aſſiḡ
tum. dies ſalutis vtiq; nō voluptatis. Et iterū.
Nihil p̄cio⁹i⁹ tp̄e ſ; heu nihil hodie vilius eſtia-
tur. Trāſeunt dies ſalutis. et nemo recogitat.
nemo ſibi nō reditura mometa periſſe cauſat̄
Hec Bern̄. Et reuera nihil ī hac vita p̄cioſi⁹ eſt
tp̄e. q: breui hora poſſ; q̄s veniā ⁊ grā; ac gl̄a;
obtiné. et plus ꝗ̄ tot⁹ mōs valeat ꝓmereri. Non
ē em̄ hora tā breuis. in q̄ nō ſp̄ūalia lucra. ſuo
valore incōꝑabilit̄ oīa t̄rena excedēcia ꝯpare
poſſet. Attēde etia; q: pl⁹ valet h̄ in pacia dies
vn⁹. ꝗ̄ in purgatorio ānus. Vn̄ ī Ezechi. Diē ꝑ
āno dedi tibi. Pena tn̄ purgatorij excedit oēm
penam tp̄alē vite hui⁹. Dicit eni; Aug⁹. ꝙ ille
ignis purgatorij durior ē. ꝗ̄ quicq̄d in hoc ſecu
lo penaꝝ. aut ſentire aut videre. aut cogitare
q̄s pt̄. Igit̄ magis ē curandū ꝺ bona vita ꝗ̄ de
longa. Vn̄ Seneca. ꝗ̄ bn̄ viuas refert. nō ꝗ̄diu
Actu vitā meciamur nō tp̄e. Sūt aūt tres ꝑ-
tes pnīe. ſc; cordis ꝯtritio. oris ꝯfeſſio. et opis
ſatiſfactō. Precepit em̄ ſcp̄tura ſcindere corda
nō veſtimēta: ꝯfiteri alterutꝝ pc̄ta. ⁊ facere di
gnos fructus pnīe. Nam cū oīe pc̄m ꝯmitta
tur corde oꝑe vel ore: iuſtū eſt ita curari ꝑ con
trariū. vt pc̄or culpā aīo deteſtet̄. v̄bo accuſet
⁊ facto peniteat. Iſte tres ptes pnīe ſūt trine di
ete. quib; ad terrā ꝓmiſſiōis itur. de q̄bus ī Ex
odo dicit̄. De⁹ hebreoꝝ vocauit nos. vt eamus
viā triū dieꝝ ī ſolitudīe. et ſacrificem⁹ dn̄o deo
nr̄o: ne forte accidat nob̄ peſtis. i. culpa ī pn̄ti.
aut gladi⁹ id ē pena ī futuro. In hoc triduo q̄-
ſiuit v̄go maria filiū ſuū ⁊ inueīt eū. In q̄ felici
triduo ſilr̄ ⁊ tu ſi q̄ſieris: inueīes ihm̄. i. ſalute;
et̄nā. Hec ē ſcala cū trib; ḡdib;. qua; vidit Ia-
cob erectā a t̄ra vſ; ad celū. ⁊ dn̄m innixū ſca-
le ꝓpter tria. Primum vt eā fortiter ſuſtineat.

Scd̄m vt aſcēdēti ꝑ eā. man⁹ ſi nec̄e fuerit por
rigat. Terciū vt aſcēdens cū laborauerit ⁊ fa-
tigat⁹ fuerit in ip̄m reſpiciat. ⁊ totā ſuā curā in
eum iactet. Nō em̄ ita crudelis eſt. ꝙ eū cadere
ꝑmittat. Prima ḡ pars pnīe ē cordis ꝯtritō.
Eſt aūt ꝯtritō dolor volūtarie aſſūptus ꝓ pc̄tis
cum ꝑpoſito ſeu intentōe ꝯfitēdi ⁊ ſatiſfaciēdi:
q: nullus vere cenſet̄ ꝯtritus niſi habeat ꝓpo-
ſitū huiuſmodi. In qua ꝯtritōe homo ſigillati
omnia peccata ſua ante tribunal ꝯſciencie ſue
adducat. vt ibi ſeipſum accuſans. in amaritu-
dine anime ſue de ſingulis ꝯteratur. et poſtea
ꝯfiteatur. De ſingulis quippe peccatis morta-
libus requiritur ꝯtritio ſingularis. diuerſorū
enim morborū diuerſe ſūt medicine: ſed ꝯtritō
eſt medicina ſingularis. contra vnum tm̄ mor-
tale. ergo non ſufficit vna communis de omni
bus peccatis: ſed de quolibet mortali tenetur
homo ſpecialiter conteri. ſi habet diſtinctam
peccatorum memoriam. Sed ſm̄ Criſoſtomu;
ſicut in radijs ſolarib; videntur athomi minu-
ti in aere. qui nequaꝗ̄ extra radios ſolares ap-
parent: ita menti radio circumſpectionis pro-
prie illuſtrate. apparent ſeu defectus minutiſſi
mi: q̄ alijs deſidioſis ac per hoc tenebroſis mē
tibus occultant̄. Si v̄o querit̄ ꝗ̄diu q̄s de pec-
cato dolere debeat. dicendū ꝙ deus quando ab-
ſoluit homine; a vinculo peccati ſeu a culpa et
pena eterna. ligat eū vinclo ꝑpetue deteſtatōis
peccati. Vn̄ vtile ē. ꝙ ſacerdos aliqua; pnīam
quantūcunq; parua; perpetuā iniūgat: vt ho-
mo per hoc peccatorum ſuoru; p̄teritoru;. ali-
quando in cōtritōnis ſpiritu rememoret̄. Sed
deteſtatio peccati perpetua eſt duplex. Quedā
in actu. ad quam homo non tenetur ſemper: ſi
quis tamē faceret. perfectionis eſſet. non tamē
oīno de eſſencia ſic bt̄us Petrus legit̄ ſꝑ fleuiſ
ſe et ſc̄tus dauid dicebat pc̄m meū corā me eſt
ſemꝑ. Alia ē in hitu ad quā hō ſemꝑ tenet̄. eti
am p⁹ ꝑfectā pc̄ti remiſſiōe;. De hac ſcd̄a dicit
Aug⁹. loq̄ns de penitēte. Penitēs oēs fructus
pnīe ſue ꝑuos habeat. nūꝗ̄ ſufficiat: ſꝑ doleat
⁊ de dolore gaudeat. et nō ſemꝑ doluiſſe ſe dole-
at. ſemꝑ ꝓ dn̄o an̄ quē peccauit erubeſcat. dolo
rem cū vita finiat. Et iteꝝ. Aut ꝯtinui dolores
cruciabūt penitentē vitā meā: aut et̄ni crucia
tus vexabūt puniēdā aīa; meā Hec Aug. Iſte
ḡ dolor ceſſare nō d; ī penitēte. nec finiri ī hac
vita. ſ; ſicut hō in deu; qui et̄nus eſt peccauit:
ita in et̄no ſuo ſc; ꝗ̄diu vixerit dolere dēt. Sed
multi gemūt ꝓ pc̄tis. nō ꝙ pc̄ta eis diſpliceāt
ꝓpter deū. ſed ꝓpter penā. Nōnullos etiā penitet
peccaſſe ꝓ ſola pc̄ti t̄pitudīe. Fructuoſa ḡ con
tritō ē. cū q̄s de pc̄to q̄ deū offendit dolet. ⁊ inde
turbat̄ et gemit: quia iniq̄tas amore iuſticie ſi
bi diſplicet. Et q̄nto totius aliq̄s ſic vere penitet:
tā totius deus pc̄m dimittit. Eſt aūt deū pc̄ta di
mitté: eternā penā ꝓ illo debitā. ꝑ collatōe; pn̄-
tis gr̄e relaxare. Sic q; actual̄ pc̄ti ꝑ viuifica-
tōe; mētis. et̄na pena t̄laxata relinq̄t̄ tp̄alis. ī
quam eterna eſt ꝯmutata: vt qd̄ illicita anime

delectatõe ſiue etiã carnali voluptate ꝯmiſſuꝫ
ē: ſatiſfactõis digne amaritudīe purgeť ab ho-
mīe dū licet. ne diſtrictiꝰ a deo puniať ĩ futuro
q: nullū malū ꝑterit ĩpunitū. Eſt autē duplex
pnīe gemitꝰ. vel dū plãgimꝰ qđ male geſſimus
vel dū plãgimꝰ. q: nõ egimꝰ qđ agere debuimꝰ.

Scđa ps pnīe eſt oris ꝯfeſſio. Eſt aũt ꝯfeſſio
ꝑ quã morbꝰ latēs ſpe venie apiť. Et ē cõfeſſio
duplex. q̃dã mētalis q̃ fit corã deo: ⁊ hec eſt de
iure naturali. q̃dã vocalis q̃ fit hoĩ. et hec nõ
ē de iure naturali. Igiť ante incarnatõeꝫ xp̄i
ſufficiebat mētalis ꝯfeſſio facta ſoli deo. q: deꝰ
nondū erat hõ. Sed poſtꝙ deꝰ hõ factꝰ ē. reqrit
ab hoīe. ꝙ ꝯfeſſio ſibi tanꝙ hoĩ fiat. Et q: ip̄e ĩ
forma hūana nobiſcū vbiq: pñs eſſe nõ põt. vi-
carios ſuos ꝯſtituit hoīes. quoꝝ p̄mꝰ fuit Pe-
trus et ceteri apl̄i. ac ꝯſeq̄nter ſacđotes quibꝰ
ip̄e dixit. quecūq: alligaueritis ſuꝑ terram ⁊c̄.
Per hoc eñ qđ miſtris ſacm̄entoꝝ dedit pt̄atē
ligãdi ⁊ ſoluēdi: inſinuauit ꝯfeſſiōem eis tanꝙ
iudicibꝰ debere fieri. Sic ḡ xp̄c inſtituit ꝯfeſſio
nē tacite. ſed apl̄i ꝓmulgauerũt eaꝫ expſſe. Idõ
etiã cõfeſſio faciēda ē hoĩ xp̄i vicario. vt ꝑ hoc
pcc̄a nr̄a celenť dyabolo. Vñ Aug⁹. In oĩbus
ſcripturis diuinis fr̄es kariſſimi. vtiliť ac ſalu
briter ãmonemur: vt pcc̄a nr̄a debeamꝰ iugiter
ac hūiliter. nõ ſolū deo ſꝫ etiã ſcĩs hoĩbꝰ ⁊ deū
timētibꝰ ꝯfiteri. Nõ eñ ideo vult deꝰ vt cõfitea-
mur pcc̄a nr̄a. ꝙ ip̄e ea ſcire nõ poſſit: ſed quia
dyabolꝰ hoc deſiderat. vt inueniat qđ nobis an̄
tribunal eterni iudicis obiciat: idõ vult vt ma
gis defendē ꝙ accuſare pcc̄a nr̄a velimꝰ. Cõtra
rio deꝰ nr̄ q: piꝰ et miſericors ē. vult vt eã ꝯfite
amur in hoc ſcl̄o: vt ꝑ illis nõ ꝯfūdamur in fu
turo. Sciēs ḡ dyabolꝰ ṽtuteꝫ pure ꝯfeſſiōis
toto niſu impedire conať hoīem ne ꝯfiteať. Et
ſicut ſugeſſit ꝑus vt hõ caderet. ſic poſt caſum
ĩpedit ne reſurgat. q: ſcit nos nõ reſurgē poſſe
ſine ꝯfeſſione. Hec Aug⁹. Peius ē ꝯfiteri nolle
ꝙ legē ꝯtemnere. Peius ē dei offenſam ſatiſfa-
ctõne nolle placare. ꝙ peccãdo dei bonitatē of-
fendē. Quis eñ in ꝯtritõe dimittať peccatum
tñ cõfeſſio vocalis neceſſaria ē. vel in re qñ ha
beť oportunitas. vel in ꝓpoſito qñ articulꝰ ne-
ceſſitatis eã excludit. et nõ ꝯtemptꝰ religiõis: ⁊
ita neceſſitas ꝯfitēdi poſt cõtritõꝫ. nõ ē in tali
caſu ꝓpter neceſſitatē remedij. ſꝫ ꝓpť obligatõeꝫ
p̄cepti. Eſt aũt ꝯfeſſio ꝯueniēt inſtituta. vt q̃ ĩ
ſua pt̄ate poſitꝰ a deo diſceſſerat: ſub alio poſi-
tꝰ cū hūilitate ⁊ deuotõe rediret. Ideoq: deus ĩ
ſtituit ſacđotē ſui vicariū. ⁊ q̃ſi medicū cui pec
catoꝝ vulnera detegerēť: vt pcc̄or nõ a ſe ſꝫ ab
alio maioris hūilitatis cauſa. ſatiſfactõis medi
cinã ſuſcipet. Sũt eĩ ſacm̄enta q̃ſi q̃dã empla-
ſtra. Igiť (vt ait Aug⁹) ponat ſe oĩno penitēs
in pt̄ate iudicis in iudicio ſacerdotis: nihil ſibi
reſuãs. ſꝫ oĩa paratus ſit facē eo iubente. ꝑ reci
piēda vita aīe. quecūq: faceret ꝓ euitanda cor-
poris morte. Hoīes etiã ad peccandū efficerēť
ꝓniores. ſi turpitudīes ſuas nõ eſtimarēt reue
landas. Et q: iniciū opm bonorum. eſt ꝯfeſſio
opeꝝ maloꝝ: valde ē vtile ꝯfeſſiõeꝫ freq̄ntare.
Euenit eĩ cor priꝰ ꝯtritū et hūiliatū cõfirmari
in icõfeſſiõe. et plerūq: peccator ſolo timore vľ
eccľie cõſuetudine ſacerdoti pñtatꝰ: ꝑ ſacerdo-
tale officiū vere cõpūgiť. ac plenꝰ caritate ſie
bit. Nõnulli etiã nec ex corde redeūt. ſed tñ for
ma pnīe quã ſuſcipiūt: paulatĩ in eis hūilitatē
cū caritate nutrit. Nec ob pudorem ceſſes a
ꝯfeſſione. q: erubeſcētia ⁊ pudoris anxietas. ac
confitētis hūilitas. maxĩa ps eſt pnīe. Vñ Cri
ſoſtomꝰ. Cõfeſſio pcc̄oꝝ eſt ſignū bone mentis
et teſtioniū ꝯſcīe deū timētis ꝑfectꝰ eñ timor
ſoluit oēm pudorē. Illic aũt turpitudo ꝯfeſſiōis
aſpiciť. vbi futuri iuditij pena nõ crediť. Et q:
ip̄m erubeſcē pena ē grauis. ideo iubet nos deꝰ
nr̄a ꝯfiteri pcc̄a. vt verecūdiã paciamur ꝓ pēa:
nã ⁊ hoc ip̄m ps diuini iuditij ē. Vñ ⁊ Valeriꝰ
Venia dignꝰ ē. q̃ peccati excuſatõeꝫ nõ querit.
Vbi eĩ ē ꝯfeſſio. ibi ē remiſſio: q: primū ad ĩno
cētiã locū tenet verecūda ꝯfeſſio. Vñ etiã Au-
guſti. Qm̄ verecūdia magñ ē ꝯfiteri pcc̄a q̃ eru-
beſcit ꝓ xp̄o fit dignꝰ miſcđia. Et q̃nto pluribꝰ
ꝯfiteť q̃s in ſpe venie turpitudīeꝫ criminis: tãto
faciliꝰ ꝯſeq̄tur grãm remiſſiõis. Et iteꝝ. O ſtul
te cur erubeſcis hoĩ dicere. qđ ñ erubuiſti ĩ cõ-
ſpectu dei facē. Remoue a te pudoreꝫ. curre ad
ſacđotē. reuela ſecretū. ꝯfitere pcc̄m: alioq̃n ni
hil tibi ꝓderit ꝯtritõ cordis. niſi ſeq̄ť oris ꝯfeſ-
ſio ſi poſſis. Et iteꝝ. Cõfeſſio ē ſalꝰ aĩaꝝ diſſipa
trix vitiorum. reſtauratrix ṽtutum. oppugna-
trix demonū. Quid plura. Obſtruit os inferni
portas apit ꝑadiſi. Hec Aug⁹. Vñ ⁊ Grego. ad
ꝯmēdatõeꝫ ꝯfeſſiõis ſic dicit. Mireñť q̃ volūt ĩ
q̃libꝫ iuſto caſtitatis ꝯtinētiã. mireť itegritatē
iuſticie. mireñť viſcera pietatis: ego nõ minus
ãmiror ꝯfeſſionē hūilimã pcc̄orū. ꝙ tot ſubli-
mia geſta ṽtutū. Hec Grego. Vtile eſt etiam
et valde ſalubre ꝯfeſſionē etiã eorūdem pcc̄oꝝ
frequēter iterare. ⁊ pluribꝰ ꝯfiteri: q: confeſſio
iterata. licet ad ſalutē nõ ſit neceſſaria: tñ mul
tū eſt ꝓficua. tum q: neſcit hõ an in p̄ma cõfeſ-
ſione ſufficienť cõtritus fuerit. tū quia maior
humilitas et erubeſcētia meritū cauſat ⁊ acq̄-
rit: tū quia per quantãcūq: ꝯfeſſionē tollitur
virtute ſacramenti aliquid de pena. et cõfertur
aliq̃ gratia. Quia eñ ſacerdos ṽtute clauiū ali
quid relaxat de pena debita. poſſet aliq̃s totiēs
confiteri. ꝙ tandem nihil remaneret de pena.
Et licet aliqui dicãt ꝙ ſola p̄ma abſolutio effe-
ctū habeat vi clauiū. alie aũt non. cuꝫ nihil in-
ueniãt abſoluēdū: ſm̄ benigniorē tamen opi-
nionē alioꝝ nõ reputatur inconueniēs. q̃n hõ
poſſet totiēs idem pcc̄m corde contritꝰ ꝯfiteri
et ab eo abſolui. ꝙ ꝑ hoc lueret totam penam
purgatorij. ⁊ talis moriēs ſtatim euolaret: tuꝫ
virtute clauiuꝫ. que ſemꝑ aliquid relaxat: et ſi
talis abſolutõ nõ inuenit culpam. inuenit rea
tum pene. et dato ꝙ nihil pene inueniat: tunc
facit ad augmentū grē. tuꝫ ex vi cõtritõis. nec
tñ pcc̄m tūc remaneret ſine pena. ñ eĩ modica
ps pene ē dolor ꝯtritõis. ⁊ erubeſcētia ꝯfitētis.

q̄ in ſeq̄nti cõfeſſiõe iteraṫ. Quid igr̄ melius q̄
freq̄nter ꝯfiteri: q̄uſqꝫ ꝑ centeſimā vel milleſi-
mam ꝯfeſſiõꝫ. tota pena relaxeṫ ꝯfitēti. Et no
tandū q̄ ꝯfeſſio genēalis q̄ fit añ miſſā ī eccl'ia
purgat pcc̄a veīalia. ⁊ delꝫ pcc̄a mortalia obli
ta. Valde aṫ caut⁹ dꝫ eſſe ꝯfeſſor in tenendo
ſecretū ꝯfeſſiõis. ita vt nec illud reuelet etiā de
licētia ꝯfitētis. In caſu em̄ q̄ ꝯfitens renūciat
ſuo ſecreto. ⁊ dat ꝯfeſſori licētiā dicendi cui vo
luerit. vel loq̄ndi de eo: nõ pt̄ ip̄e ꝯfeſſor reuela
re dictū ſibi in ꝯfeſſiõe. qꝛ ip̄e ꝯfitens nõ pt̄ in
p̄cepto legis diuine ⁊ euāgelice. ſub q̄ ſecretum
ꝯfeſſionis cadit diſpēſare: ⁊ ideo ſi ꝯfeſſor non
habet ptāte abſoluēdi. vel indiget cõſilio ſanio
ri. debet ſibi iteꝝ extra ꝯfeſſiõeꝫ ob hāc tantuꝫ
cauſā dici facere. et tūc pt̄ exp̄mere ſupiori vel
alteri cõſulenti. Sꝫ nec in caſu mortis ſibi im
minētis. nec ſub ſigillo ꝯfeſſionis pt̄ vel debet
q̄s ſecretū cõfeſſionis alijs reuelare. nec dꝫ ipſi
ꝯfitēti poſt ꝯfeſſionē pcc̄m improꝑare: nec ab
eo pcc̄m ad denudandū vel detrahendū cautu-
loſe p⁹ ꝯfeſſionē extorq̄re. Tercia ꝑs pnie ē
oꝑis ſatiſfact̄o. Eſt aṫ ſatiſfact̄o. q̄ ꝑ qualitate
culpe. pena digna exoluiṫ. Hinc ē illud bapti-
ſte. Facite dignos fructus pnie. Vñ Grego. Nõ
ſolū fructus pnie ſed dignos pnie fruct⁹ ām̄o-
net eſſe faciēdos. Neqꝫ eī par fruct⁹ eē boni ope-
ris debet ei⁹ q̄ minus. et ei⁹ q̄ ampli⁹ deliq̄t: aut
ei⁹ qui in nullis. et ei⁹ q̄ in quibuſdā facinoribꝫ
cecidit. Per hoc q̄ cuiuſlibet cõſcīa ꝯueniṫ. vt
tanto maiora q̄rat bonoꝝ oꝑm lucra ꝑ pniam
quāto ḡuiora ſi intulit damna ꝑ culpā. Et iter-
rū. Nā cogitandū ſūmope ē. vt q̄ ſe illicita me-
minit ꝯmiſiſſe. a q̄buſdā etiā licitis ſtudeat ab-
ſtinē q̄tenus ꝑ hoc ꝯditori ſuo ſatiſfaciat. vt q̄
ꝯmiſit ꝓhibita: ſibimet abſcidere debeat etiā cõ-
ceſſa. Vnde et Bernhar. Pro eo q̄d ab ipſis li-
citis abſtinem⁹. ea nobis q̄ prius ꝯmiſim⁹ illici
ta ꝯdonanṫ. Patet ḡ ex iſtis q̄m̄ ad pniam pti
net oꝑari ꝯ̄ria his q̄ aliq̄s peccauit. Vñ Criſo.
Penitētiaꝫ ṽo dico. nõſolū vt a malis prioribꝫ
deſinam⁹. verūetiā vt bonoꝝ operum fructibꝫ
impleamur. Facite inq̄t fructus dignos pnie.
Quo aṫ modo fructificare poterim⁹. Si vtiqꝫ
pcc̄is aduerſa faciam⁹. Aliena rapuiſti. īcipe
donare iā ꝓpria: longo es tp̄e fornicat⁹. a legit-
timo q̄ꝫ te vſu ſuſpēde ꝯiugij. ac ꝑpetuam cõti-
nenciaꝫ ſepi⁹ paucoꝝ dieꝝ caſtitate meditare.
Iniuriam vel oꝑe cuiq̄ vel ſmone feciſti. refer
bñdictõnis ṽba ꝯuitijs. et ꝑcucientes te nūc of-
ficijs. nūc etiā bñficijs placare ꝯtende. Neqꝫ eī
vulnerato ſufficit ad ſaluteꝫ tantūmodo ſpicl'a
de corꝑe euellere: ſꝫ etiā remedia adhibē vulne
ribꝫ. Delicijs aṫ ⁊ temulētia diffluebas. ieiunio
et aq̄ potu. vtrūqꝫ ꝯpēſa. vt famem ſupes īmi-
nentē: vidiſti īpudicis ocl'is alienū decorē femi
nā iam oīno ne videas. maiore tact⁹ cautõe p⁹
vulnera. Declina inq̄t a malo. ⁊ fac bonū. In-
quire pacē ⁊ ꝑſeq̄re eaꝫ. Nõ tm̄ hāc dico pacē q̄
cū hoībus: verūetiā q̄ cū deo eſt copulāda. Et
bñ ait ꝑſequere. Exagitata ē vndiqꝫ ⁊ ꝓſus ex-



ploſa. ac terras relinquens in celū ꝑfecta. Sed
tm̄ poſſum⁹ eā rurſus reuocare ſi volum⁹. id eſt
ſi iracundiā ſupbiā atqꝫ iactātiaꝫ. oīaqꝫ abici-
ētes īpedimēta pacis modeſtā hāc vitā puraqꝫ
ſectemur. Hec Criſ. Satiſfact̄o aṫ debet fieri
ꝑ oꝑa penalia. ꝑ ſatiſfactõem em̄ oportet pcc̄i
vuln⁹ ſanari ꝑfecte. ſꝫ peccaminū medicine ſūt
pene: et ḡ ad ſatiſfaciendū ſūt neceſſarie. Nam
licet deo nihil poſſit ſubtrahi. tm̄ pcc̄or peccādo
q̄ntū in eo eſt. ſubtrahit q̄d eſt ad honorē dei: ⁊
ideo cū ſatiſfact̄o ſit quedā recõpenſat̄o. oportꝫ
q̄ ꝑ eā ſibipſi penitens aliq̄d ſubtrahat: q̄d ad
honoreꝫ dei cedat. hoc aṫ nõ pt̄ eſſe niſi ſit op⁹
bonū q̄ntū ad dei honorē. ⁊ penale op⁹ q̄ntum
ad pcc̄orē penitentē cui ē ſubtrahendū. ſic ⁊ deo
ſatiſfacit. ⁊ etiā a vitijs ⁊ futuris malis inq̄tū
penale p̄ſeruat. Satiſfact̄o ḡ debet eſſe talis
ꝑ quā aliq̄d nob̄ ad honorem dei ſubtraham⁹.
Sꝫ nos habem⁹ niſi tria bõa. ſcꝫ bona aīe. bõa
corꝑis. ⁊ bona fortune. ſ. bona exteriora. Ex bo
nis quidē fortune ſubtrahim⁹ nobis aliq̄d ꝑ ele
moſinā. ex bõis corꝑis ꝑ ieiuniū: ex bonis aūt
aīe nõ oportet q̄ aliq̄d nob̄ ſubtraham⁹ q̄ntum
ad diminutõeꝫ bonoꝝ aīe. qꝛ ꝑ ea efficimur d̄o
accepti. ſꝫ ꝑ hoc q̄d ſubmittim⁹ ea. ſcꝫ taꝫ aīaꝫ
q̄ ei⁹ bona totaliter deo. ⁊ hoc fit ꝑ orõeꝫ. Iſte
etiā nūer⁹ opeꝝ ſatiſfactorioꝝ videṫ eſſe ordīa-
tus ꝯtra radices pcc̄oꝝ. q̄ ſunt ꝯcupīa carnis.
ꝯcupiſcētia oculoꝝ et ſupbia vite: quia ꝯt̄ cõ-
cupiſcētiā carnis ordinaṫ ieiuniū. ꝯtra ꝯcupi
ſcētiā oculoꝝ elemoſina. ꝯtra ſupbiā vite. ora-
tio. Igiṫ vt dictū eſt ſm̄ exigentiā culpe. faciē
di ſūt fructus pnie. q̄d eſt ꝯtra illos quoꝝ cul-
pa ē multa et pnia modica. Vñ dignos fruct⁹
penitentie facit ille. qui ſm̄ moduꝫ culpe facit
equalitatem pene. vt qui plus peccat plus pe-
niteat: et q̄t inuenit in ſe oblectamēta ī culpa.
tot de ſe faciat olocauſta in pnia: ⁊ q̄ amiſit de-
um in pcc̄i delectatõne. q̄rat eū in pcc̄i abhomi
natõe. recogitando om̄s ānos ſuos ī amaritudi
ne anime ſue. Et ideo q̄ñ ꝯdignam penitentiaꝫ
ſacerdos non iniūgit. vel ſi iniūgit nõ tamē im
pletur. nõ abſoluiṫ penitens a pena cõdigna:
ſed a tanta quātā hic facit. nõ autē a reſidua.
Vñ Bernhardus. Nec tibi blādiaris. ſi ḡuiter
peccanti leuior pena vel a neſciente vel a diſſi-
mulāte dictaṫ. cum in purgatorijs ignibꝫ ꝑfici
endū ſit. quicq̄d hic min⁹ feceris: qꝛ dignos fru
ctus pnie querat altiſſimus. Hec Bern̄. Digna
ṽo penitētia non tantū carnis maceratõne vel
tp̄is longitudine q̄ntū cordis ꝯtritõe cõpenſaṫ
qꝛ apud deū nõ taꝫ valꝫ mēſura tp̄is q̄ doloris
nec tantū abſtinentia ciboꝝ q̄ntū mortificatio
vicioꝝ. Propter q̄d mēſurā tp̄is in agēda pnia
canones in arbitrio ſacdotis intelligentis ſta-
tuūt et pnie tempora. fide ⁊ ꝯuerſatõne penitē
ciū abbreuiāda. et negligentia ꝓtelanda exiſti-
māt. Tanta etiā ꝯtrit̄o põt eſſe. q̄ totaliter tol
lat reatum pene. qꝛ deus pl⁹ acceptat cordis af
fectū q̄ exteriorē actū: ſed ꝑ act⁹ exteriores ab-
ſoluiṫ homo a pena et a culpa: ḡ et ſimiliter ꝑ

cordis affectū que ē ꝯtritio. abſoluit̄ ab ea: q̄a
intēſio ꝯtritōis pōt attendi dupl'r. Uno mō ex
ꝑte caritatis q̄ diſplicētiā cauſat. Et ideo me-
diāte caritate. meret̄ nō ſolū culpe ām̄oitōez
ſ3 etiā ab om̄i pena abſolutōz. Alio mō ex ꝑte
doloris ſenſibilis quē volūtas ī ꝯtritōe exerci-
tat: et q2 ille dolor ē etiā illi penitēti q̄dā pena
q̄ tm̄ pōt intēdi: ꝙ ſufficit ad deletōem culpe et
pene. Et ſi hō ꝑ ſe nō poſſit ſatiſfacē ꝓ pctīs: po
teſt tn̄ ꝑ adiutoriū alterius. Quia ei̅ pena quā
pctōr debet ſuſtinere. excedit vires eiꝰ. ideo or-
dinauit deꝰ ex magna miſcdia. vt cu3 eo et ꝓ eo
ꝑmū ſatiſfaciat meritū paſſionis xp̄i. q̄ ꝑ ſuam
paſſionē nō ſolū mōm redemit: ſ3 etiā ſuū meri
tum ꝓ pctōribus ſatiſfaciat. Scđo ſatiſfaciat ꝓ
pctōre meritū totiꝰ eccl'ie: dicit em̄ Augꝰ. ꝙ ele
moſine et orōnes q̄ fiūt in eccl'ia ſubueniūt re-
cognoſcēti mentē ſuā ad veniā. Tertō ſubueīt
pctōri ꝓpria ſatiſfactio. Ex his trib3 ſc3 merito
dñice paſſiōis. ⁊ totiꝰ eccleſie ⁊ ꝓprie pn̄ie: ꝯpoi-
tur talentū ꝑponderās culpe. Et ſciendū ſm̄
Hiero. quia ſimilit̄ circūuenit ſathanas per ni
miā duriciā vt pctōres pereāt deſperādo: quō ī
nimia remiſſione corrigendo. Unde Salomon
Ne declines ad dexterā neq3 ab ſiniſtrā. Ut aūt
ad agendā pn̄iam ꝯgruam magis accendaris.
ꝯſidera ſi vnū peccatū ade ta3 diſtricte punitū
eſt. vt nongētis āniſ et ampliꝰ vite huiꝰ miſeri-
am lugeret. et in augmētū miſerie mlt'is ſubſi-
dijs ⁊ ſolatijs mechanicoꝝ quibus nūc vtimur
careret. ac fere q̄tuor milib3 annoꝝ inferni te-
nebras ſuſtineret: q̄liter punient̄ trāſgreſſiōes
nr̄e. tam multe tā magne: cū ſupnus iudex cui
reddituri ſumꝰ de ſingulis ratōez. et multitudi
nem nūeret. ⁊ magnitudinē pōderet ⁊ diuturni
tatē mēſuret: ⁊ ideo multis lac̄mis ⁊ orōnibus
multiſq3 ieiunijs eſt opꝰ. vt pctā nr̄a q̄b3 mors
eterna debebat̄. ſatiſfactōe cōdigna deleamus.

Cōſidera etiā et attente q̄d ꝑ pctm̄ ꝑdidiſti.
q̄d incurriſti. q̄s ſit quem offendiſti. Perdidiſti
amicitia3 totiꝰ trinitatis. āgl'oꝝ. apl'oꝝ. et oīm
ſctōꝝ. decorē aīe. ſuffragia eccl'ie. Incurriſti la
queos fortiſſimos. hoſtes crudeliſſimos. ſtatu3
ꝑiculoſū. horribile ꝑcipiciū. defectū grē. ⁊ mor
te3 aīe. Offendiſti eū qui te creauit. ꝓ te mortē
ſuſtinuit. multa bñficia ꝯtulit. et eterna p̄mia
repromittit. Si hec iugit̄ cogitares vtiq3 dole-
res ⁊ ꝓ pctīs fleres. Et q2 in modo agēdi pn̄ia3
raro penitētes docti ſūt. nō om̄s pn̄ia3 veram
agūt. Nā ſm̄ Ambro. et Grego. faciliꝰ inueniū
tur. q̄ innocētiā ſuauerunt. q̄ꝫ q̄ veram pn̄iam
egerūt. Et ideo pauci ſunt qui in igne purgato
rij nō indigent. Uñ Bern̄. Iudicēt ⁊ ſenciāt a-
lij vt volūt. ego certe adhuc nullū penitēte3 no
ui. quē nō eſtimem igne et flāmis purgatorij ī-
digere. Mecum feliciſſime actū credā. ſi vſ3 ad
diē iudicij ita me purgatoriū id ē ꝯflatoriu3 oī
ſcoria ꝑmūdabit: vt audeā iudici purgatꝰ oc-
currere. Hec Bern̄. Ecce quid ſperare poſſunt
multi miſeri. ſi ille vir tā ſctūs de ſe ſic tremuit ⁊
expauit. Ut igit̄ pn̄iam verā agas et ꝑfectā re-
miſſionis grām ꝯſequaris. cautela magna ē ad
hibēda. vt ſc3 circūciſus ⁊ purgatus ꝑ ꝯfeſſiōz
de pctō: māeas (ſm̄ ioſue q̄nto) ī eodē caſtroꝝ
loco. donec ꝑfecte ſaneris. Qđ fiet ſi panē dolo-
ris et pn̄ie. cū ſilētio ext̄ turba3 māduces. ſub-
trahēdo te a ludis ⁊ ſpectacul' mūdanis ⁊ alio-
rum ꝯſortijs. et ab oī occaſiōe peccādi. Circūci
de itaq3 oēm cām et oēm occaſiōez ⁊ ſuſpitōem
pctī. ac ꝑſonas ⁊ loca ⁊ ꝯſortia eoꝝ cū quibus
ꝯuerſabaris peccās. Circūcide ſenſus tuos qui
bus trāſgreſſor fuiſti. ⁊ int̄ in cubiculū tue mē
tis. ⁊ oſtio clauſo. ꝯtra oēs riuulos pctōꝝ. ora
in abſcōdito p̄rem tuū q̄ eſt in celis. Sedere em̄
et in vno loco manere penitētiū ē. nō vagari ñ
diſcurrere ad ꝯuiuia ad ſpectacl'a ⁊ huiuſmōi:
maxie ī crepūdijs pn̄ie agēde. dū recētia ſūt vul
nera circūciſiōis tue. Uñ ioſue q̄nto. Nō ſinebat
caſtra moueri. an̄q̄ ꝑfecte vulnera circūciſorū
ſanarent̄. Maria ſedit ad pedes dñi lacrimis ri
gauit et capillis terſit. q̄uſq3 audiuit. Dimiſſa
ſunt tibi pctā multa. Et vt minꝰ tedeat te labo
ris pn̄ie. recordare obſecro Iacobi miōris. qui
licet ſpm̄ ſctm̄ tāq̄ꝫ pignus accepiſſ3. ⁊ ſic ꝯfir
matꝰ de vita eterna certꝰ eſſet: nihilominꝰ tn̄ in
pn̄ia ⁊ vita dura vſq3 ī finē ꝑſeuerauit. ac verꝰ
etiā ipe carnalis deſiderij ſupplātator fuit. et a-
deo magni meriti. vt ab oīb3 vocaret̄ iuſtꝰ. qui
etiā merito filiꝰ alphei id ē docti ē ꝯgnoīatus.
Uñ qñ hieroſolimā paulꝰ īgreſſus ē. vt cū cete-
ris apl'is de dogmatū veritate ꝯferret. ꝯtinuo
ad hūc intuit. Hic epl'a3 canonicā ſcpſit. Hic (
vt teſtat̄ Criſ. et egeſipꝰ vicinꝰ apl'oꝝ tpm hy-
ſtoriacꝰ) tāmirabil' fuit. vt ſtati pꝰ paſſiōez dñi
ep̄atū hieroſolimorū. ordinātib3 apl'is p̄mꝰ ac-
cepit. Hic de vtero mr̄is ſctūs vocatꝰ fuit. vinu3
⁊ ſicerā nō bibit. carnē nullā ꝯmedit. nūq̄ꝫ attō-
ſus ē. neq3 vnctꝰ ē vnguēto. neq3 vſus ē balneo.
die noctuq3 flexis gēib3 orabat. intantū: vt ge
nua eꝰ obduruiſſe callo ⁊ cameloꝝ duritiā tra-
xiſſe diceret̄. Tātāq3 aiūt ī eo fuiſſe carnis icu-
riā. ⁊ ipm̄ dure vite tm̄ intēdere. ꝙ mēbra om̄ia
mortificauerit. vt adhuc viuētis oīa fere mēbra
morerent̄. at3 aſſiduitate orōis iugiq3 ad paui-
mētū ꝓſtratōe corꝑis. frontē q̄3 eiꝰ callo ſimilit̄
obductā ⁊ obduratā vt nihil fere a cameli gei-
b3 diſcreparet. Reduc etiā diligent̄ ad mēoria3
ciliciū ⁊ locuſtā iohis baptiſte. labores pauli.
vigilias bartho. ſaccū ⁊ panē hieroni. tunicā.
vepres bñdicti. ſudariū et lac̄mas arſenij. mat
tulā eulalij. colūnā ⁊ ímes ſimeōis. nubitatē ⁊
radices herbaꝝ peccatricis egiptiace. dd̄ etiā re
gē de ſolio deſcēdiſſe. ac ī ciñe ⁊ cilicio hūilit̄ et
abiectū in t̄ra ſedēdo pn̄iam egiſſe. donec audi-
uit a dño ꝑ nathā ꝓpha3. trāſtulit dn̄s pctm̄ tu
um a te. In ſeſſione hūiliatō demōſtrat̄. in ciñe
v̄o ꝯſideratō mortis. ꝑ quā tota hūani generis
maſſa ī puluerē ē redigēda. ī cilicio qđ d̄ pilis
ꝯtexit̄. memoria pctī aſpe pūgentis ſignificat̄.
Uñ Grego. In cilicio q̄ꝑe aſperitas ⁊ ꝯpūctō
peccatoꝝ. In ciñe aūt puluis oñdit̄ mortuoꝝ
⁊ icCirco vtrūq3 hoc adhiberi ad penitētiā ſol3

vt in ꝯpūctōne cilicij ꝯgnoſcamus qd̄ ꝑ culpā
fecimus. ⁊ in fauilla cineris ꝑpendam⁹ quid ꝑ
iudiciū facti ſumus. Hec Greg. Cōſolatōem ḡ
in his habe. et teipm̄ in his exerce. q: cinis ⁊ ci
litiū ſūt arma penitentiū. Maxime eñi in cibo
et veſte cōſiſtit labor pn̄ie. Circa p̄miſſa vo
his verſib⁹ poteris edoceri.

Sit tibi potus aqua. cibus acidus. aſp̄a veſtis
Dorſo vga. breuis ſomnus. durūq; cubile.
Flecte genu. tūde pectus. nuda caput orans.
Hereat os terre. mens celo. lingua loquat̄.
Cor dictet. ſit larga manus. ieiunia crebra.
Mēs hūilis. ſimplex ocul⁹. caro mūda. piū cor
Recta fides. ſit firma ſpes. dilectio ſemp̄.
Ferueat aſſiduis p̄cib⁹ iuſtis tamen ora.
Hec peccator age quē vere penitet a te.
Nūc potius penas. peccatis exige dignas.
Ne te ꝑpetuis addicat iudicis ira.

Audi etiā Bern. qui dicit. Vere penitēs de tp̄e
nihil ꝑdit. q: et p̄teritū reſtaurat ꝑ ꝯtritōem.
et pn̄s tenet ꝑ bonā opatōem. et futuꝝ tenet ꝑ
boni ꝓpoſiti ꝯſtātiā ⁊ firmitatē. Hec Bern. Vi
rilit̄ ḡ agant penitētes ⁊ nō deficiāt: tp̄e eī ſuo
metēt non deficiētes. Nā qui ſemināt in lacri
mis: in exultatōne metēt. Cōfortet̄ cor eoꝝ in
pn̄ia. ⁊ ꝯſolent̄ ī ea ſꝑantes cū martirib⁹ ꝑtem
hr̄e. q: ſm̄ Criſo. Viuētes in pn̄ia pn̄t martiri
bus ꝯpari. grauior eſt enim longa fuga q̄ velox
mors. Sȝ et ip̄e dn̄s eos beatos p̄nuntiat. eiſq;
ꝯſolatōem ꝓmittit cū dicit. Beati q̄ lugent qm̄
ip̄i ꝯſolabunt̄. Penitentiū eñi luctū. dn̄s ꝑpe
tui gaudij ꝯſolatōne ꝯpenſat. De pn̄ie q̄ȝ lau
dib⁹ ſic dicit Cip̄anus. O pn̄ia quid de te noui:
referā. Oīa ligata tu ſoluis. oīa clauſa tu re
ſeras. oīa aduerſa tu mitigas. oīa ꝯtria tu ſa
nas. oīa ꝯfuſa tu lucidas. oīa deſperata tu
animas.

Oratio

Terret me vita mea. Nā diligēter diſcuſ
ſa apparȝ mihi aut pcc̄m aut ſterilitas
et infructuoſa. et ſiq̄s fructus in ea vi
det̄. aut ē ſi͞latus. aut impfect⁹. aut aliquo mō
corruptus. Quid ḡ r̄ſtat mihi pccōri. niſi vt in
tota vita mea plorē totā vitā meā. Certus ſuȝ
dn̄e. q: peccata mea eternā merent̄ dānatōeȝ.
certior q: pn̄ia mea n̄ ſufficit ad ſatiſfactōem.
certiſſimus. q: miſcd̄ia tua ſupat oēm offenſi
onē. Fac ḡ mecū miſcd̄iam. ⁊ ꝯcede mihi pecca
toꝝ meorum indulgentiā. quia meritū meum
indulgentia tua ē: dn̄e deus meus Amen.

## De baptiſmo dn̄i. Capitulum. XXI.

Completis aūt. xxix. an
nis etatis ſue. quib⁹ dn̄s ih̄s ſic pe
noſe et abiecte vixerat. ⁊ triceſimo
iā incepto. ⁊ in dieb⁹ illis ſcȝ quib⁹
Iohēs baptizabat et p̄dicabat anq̄ clauderet̄
in carcē: dicit ih̄s mr̄i ſue. q: tp̄s ē vt vadat et
glorificȝ ac māifeſtet p̄rem ſuū. et ſe mūdo oñ
dat. qui diu latuerat. et opetur aīarū ſalutē ꝑ
qua p̄r ip̄m huc miſerat. Et reuerēt ſe licētiās
ab ea et nutritō ſuo ioſeph: iter arripuit a na
zareth galylee. vbi nutritus fuerat. q̄ reſpectu
hir̄l'm eſt ad aquilonē et iuit verſus locū ior
danis. vbi iohēs baptizabat: nō lōge a iericho
q̄ reſpectu hir̄l'm eſt ad orientē. De iericho eñi
ſil'r ad orientē ſunt q̄ſi duo miliaria vſq; ad ca
pellā ſancti iohis. vbi ip̄e hitabat. et inde ē q̄ſi
vnū miliare vſq; ad locū iordanis. vbi xp̄c dr̄
baptizatus. Putatur tñ a nōnullis xp̄c bapti
zatus inter ennō et ſalim. nō lōge a mōte gel
boe in bethania. que ē ſup̄ iordanē: trib⁹ leucis
de hierícho. ſed duab⁹ de capella ſācti Iohānis.
Scd̄m Remigiū. q: galylea trāſmigratō ⁊ ior
danis deſcēſus interp̄tatur. ꝑ hoc q̄ ih̄s de ga
lilea venit ad iordanē: ſignificat̄ q; eius mem
bra ſi velint baptizari et ꝑ grām lauari: opor
tet ea trāſmigrari de vitijs ad virtutes ⁊ deſcē
dendo humiliari. Vt aūt ait Beda. ih̄s annoꝝ
triginta baptizatus. ⁊ incepit aptius ſigna fa
cere et docere: legittimū tp̄s oñdens his q̄ oēm
etatē vel ad ſacerdotiū vel ad docendū putant
oportunā. Nec ꝯtra hoc mouere quēpiā debet.
q̄ Hieremias atq; daniel ꝓphetie ſpm̄ pueri ac
ceperūt. q: miracula in exēplo opatōis nō ſūt
trahēda. Tricēnalis aūt baptizati ſaluatoris
etas ꝯueniēs fuit. ⁊ nob̄ ꝯuenit ꝓpt̄ miſterium
trinitatis ⁊ opatōem decalogi. Qui ḡ baptizat̄
vel gaudet ſe eē baptizatū: tricēnalis ſit in hūc
modū. vt in fide ſcē trinitatis intelligat ⁊ cō
pleat decalogū. Hec Beda. Hic ḡ ſm̄ Rabanū
inſtruimur. nullū debē ſacerdotē aut p̄dicatorē
fieri. vel eccl'ie p̄fici: niſi virilis et ꝑfecte etatis
fuerit. Sȝ heu nūc tales p̄ficiūt̄ regimī eccl'ie
q̄ ſeip̄os neſciūt regē. tales ꝓcuratores p̄rimo
nij crucifixi. qui ſuaꝝ reꝝ tutores eē non pn̄t:
alijs etiam p̄eſſe qui pedagogo adhuc indigēt.
Scd̄m vo Criſo. Triginta ānoꝝ venit ih̄s ad
baptiſma. q: ſcȝ poſt baptiſma illō: legē veterē
erat ſolutur⁹. ꝓpterea vſq; in hāc etatē que oīa
p̄t cape pcc̄a: in legis obſuatōne ꝑmāſit. ip̄aȝ
vniuerſā īplens. ne q̄s dicēt iō illā ſoluiſſe le
gē. q: eā nō valuiſſet īplere. Propterea igitur
oēm hanc xp̄c expectauit etatē. per q̄ oīe tp̄s
iuſticie īpleuit. ac tūc demū venit ad baptiſma
q̄ſi tumulū illud cūctis obſuatōib⁹ legis īpo
nēs. Hec Criſo. Vadit ḡ dn̄s mūdi ſolus pedib⁹
nudis ꝑ ſpaciū tālōgi itineris intuere cuȝ dili
genē. et deuote eidēq; vehement̄ ⁊ ex corde ꝯpa
tere. Nō ducit ſecū militū aut eq̄rū aut alteri⁹
comitiue frequētiaȝ. necdū hēbat diſcipl'os vel
ſequelā aliā. Non hȝ qui p̄cedat ad hoſpitia et
nc̄c̄ria p̄parāda. nec ſūt ibi honores ⁊ pōpe. q̄
bus nos ōmiculi vtimur ⁊ delectamur. Sȝ ille
cui in regno ſuo milia miliū miſtrāt. et decies
milies cētena milia aſſiſtūt: ſic ſol⁹ incedit. ter
rā pedib⁹ nudis calcādo. ⁊ vſq; ad fatigatōeȝ la
borādo. Nā regnū ſuū n̄ ē d̄ hoc mūdo. q̄ exina
niuit ſeip̄m formā ſui n̄ regis ſumēdo. Fact⁹ ē
ſuus vt nos reges facēt. fc̄s ē aduena ⁊ pegri
nus vt nos ad p̄riam ⁊ regnū ſuū ꝑducēt. Viā
poſuit añ oculos nr̄os. ꝑ quā illuc aſcēdere va
leam⁹. Sȝ q̄re ip̄m negligim⁹. q̄re nos ip̄os nō